UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ambrosius Calepi/||nus Bergomates: professor de||uotus ordinis Eremitarum sancti Au/||gustini: Dictionum latinarum e greco || pariter diriuantiu[m]: earu[n]de[m]q[ue] interpre/||tationu[m] collector ...

Calepino, Ambrogio

[Wien], 1512

VD16 VD16 C 227

E ante V

urn:nbn:de:hbz:466:1-97871

Visual Library

puſq; lauant frigentis ⁊ vngũt:id eſt deinde vngunt. Item pro q̃uis. Cicero: Defendi legem voconiam magna voce boniſq; latratib⁹ ⁊ videtis annos meos:id eſt q̃uis ſim ita ſenex. Hui⁹ cõpoſita ſunt: Etſi/tametſi.

Etenim ſignificat quia. Et modo p̃mũ locũ/modo ſecũdum obtinet in oratiõe. Plinius: Etenim multa de hac magi tradiderunt: q̄ nõ ſunt a nobis cõmemorãda. Senec. Quis etenim inter tot corporis cruciat⁹ felicem quemq; eſſe poſſe exiſtimat?

Etiam cõponitur ex ⁊ ⁊ iam: ⁊ ſignificat quoq;. Plau. Tu ne etiã id reſciſti miſer? Aliquãdo ſignificat adhuc/ſiue preterea. Teren. in An. Nihil ſuſpicãs etiã mali. Idem in eadem. Non ſatis me pernoſti: etiaz qualis ſim ſimo. Aliquando hortantis eſt pro Eia. Ser. ſul. Etiam tu ab hiſce rebus animũ ad cogitationem tuam aduoca. Aliquãdo confirmantis eſt: pro Ita. Eſt enim affirmatiua reſponſio. Ut vidiſtis me hodie. reſponderi debet etiam: vel ſi . Pli. ad tacitum. Studes inquam? Reſpondit etiã. Ubi? Mediolani. Quod perinde valet: ac dixeris ſtudeo. Sz cum multa latini dixerint/teneo ſolum clarũ eſſe: ſcz ab greco deduci ετι addendo am fit etiam ideo per t ſcribitur.

Etiam num/ponitur pro quoq;. Plini⁹. Quod eo magis miror etiamnum homero prodente egyptijs nõ erat.

Ethalia inſula i liguſtico mari populonię vrbi oppoſita. ab Ethalio qui ei prefuit dicta. Quidã hoc nomẽ cum diphthongo ſcribunt.

Etearcus nomen propriũ regis oaxis vrbis cretę.

Eteſię venti qui certo anni tempore flant. Hos Stra. lib. iij. ſubſolanos vocat: id eſt euros. Hiero. Mẽſe Auguſto flantibus eteſijs: nauem ſecurus inſcendi. Hi quotannis in vigore eſtatis perflãt quadraginta diebus poſt caniculę exortum: Dicti eteſię. id ẽ annui ετωσ enim annus ετησιασ. annus ꝙ ex omnibus vẽtis: hi maxime ſtati ſint/⁊ ſingulis annis eodem tempore redeant.

Eteocles/cum accentu in antepe/fuit filius Oepodis thebanorum regis.

Ethnicus pe. cor. gentilis ab εθνοσ qđ gentẽ ſignificat. Hiero. contra Iou. Et ſi ducnndę eſſent vxores chriſtianas tm̃ accipi iuberet. an ⁊ ethnicas?

Ethnearches: gentis princeps. Ethnearchia principatus vel prefectura.

Ethos cũ ſignificat cauſam producit primã. Quando ſignificat morem corripit. Unde Callimachus op⁹ ſuum ethia. i. de cauſis inſcripſit.

Ethic⁹ pe. cor. latine moralis dicit̃ ab εθοσ εθεοσ mos αλλα και εθιξω καὶ ηθοσ ηθεοσ οθεν προτη συλλβη λυχρομα εοικε καιεθικατοι αριστοτελουσ.

Ethologus pe. cor. moris expreſſor qui geſtu ipſo corporis ⁊ ſono vocis ita exprimit mores hominũ: vt geſtus ⁊ mores eorũ loqui videat̃ ab εθοσ mos cõſuetudo ⁊ λογοσ ratio απο τοι λεγειν.

Etymon recta interpretatio. Etymologia latine veriloquiuz ετυμον verum λογοσ rationẽ ſignificat: Sed quia veriloquiũ inquit Boetius minus in vſu latini ſermonis habet̃. Cicero etymologiam vocat notationem: quia notam facit rem de qua predicatur Ariſtoteles ſymbolon nominat: alij vim intuiti originationem vocant.

E ante V

Euado is. pro extra vado effugio. Uirgil. lib. ix. Noſtras ne euadere demens ſperaſti te poſſe man⁹. Idẽ pro tranſeo/⁊ per quãcũq; difficultatem peruenio. Euaditq; celer ripam irremeabilis vndę. Plaut⁹ in aſi. Demiror quid ſit ⁊ quo euadat ſum in metu. Et Euadere eſt aſcendere. Uirgi. Euado ad ſũmi faſtigia culminis vndę. Item apparere. Idem: Ut tãdẽ ante oculos euaſit ⁊ ora parentis. Itẽ liberare. Salu. At ni Marius ſigna inferre atq; euadere oppido properauiſſe: profecto cuncti aut magna pars fidem mutauiſſent. Itẽ fieri. Cice. An verebat/ne non putaremus potuiſſe improbum euadere.

Eualuo as. extra valuas excutio e valuis eijcio. Plin. li. xviij. Et ipſa autem quę eualuantur variam picturarum rationem habẽt.

Eualeo es. pe. cor. a quo Eualeſco. valde validus fio. Pli. lib. xv. Quę poſtq; eualuit flacceſcente primitia marſico bello/languida auctoritas patrũ facta eſt ac paulatim in ſterilitatẽ emarcuit maieſtas.

Euan/interiectio ⁊ exclamantis vox laudantium bacchum: ⁊ interpretatur bone puer. Poteſt tamen declinari ſm̃ Priſcianũ. Euan. tis. Uirgilius libro. vj. Euantis orgya circum.

Euadne. per. d. añ. n. Martis filia ex thebe vxore Aſopi: fuitq; coniũx Capanei quę illum incredibili amore dilexit: ita ꝙ cum audiſſet illum apud thebas cecidiſſe fere in mortis ſtuporẽ diriguit. Deinde cum celebraretur funus ſe in rogum proiecit.

Euenetus/nomen regis lacedemoniorum qui ad cuſtodiendum introitum theſſalię contra xerxem vna cum Themiſtocle athenienſium duce a grecis conſtitutus fuit.

Euander proprium nomen Carmentis filij: ⁊ interpretatur bonus vir. Hic dimiſſa arcadia ad italiam venit: ⁊ oſtia tybridis intrans: atq; pulſis ab originib⁹ in palatino monte conſedit/vbi oppidum palanteũ fundauit.

Euaneo es. penult. pro. a quo Euaneſco/qđ eſt vanus fio ſeu in nihilum redigor. Lactã. lib. vij. Nõ eſt animę vitium ſi viſus euanuit.

Euanidus/ſine fructu. Col. libro iij. Nam quę in proceritatem extenduntur/euanidę fiunt: parumq; fructus ferunt.

Euãgeliũ/latine bona nũciatio Athanaſi⁹ in homelia λεγεται δεαυαγγελιονα ξιωσ οτι ευ και αγγελλω οθεν και αγγελοσ ωνομασθη οτι των ανθρωπων σωτηρια επαγγελλεται απασι υιου του θεου. Quare autem ſit bona nunciatio. Euſe. lib. de preparatione ſic oſtendit. Euangeliũ dicimus ꝙ eternoruz atq; incorruptibiliũ bonorum q̄ certe ſuprema ⁊ maxima ſunt: ⁊ ex antiquiſſimis p̄dicta tẽporibus: nuper ꝟo ſplendore ſui orbẽ illuſtrantia cunctis hoĩbus annunciat qđ non cecas caducaſq; huius ſeculi diuitias/nec breuẽ hanc calamitoſamq; vitã: nec inſtabilia corporis cõmoda/ſed animarũ q̄ intellectuales ſubſtantię ſunt a quib⁹ etiã corporũ bona quaſi vmbrã cõſequentia dependent: ſummã/propriãq; nobis affert felicitatem.

Euapelos. penel. pro. ſtolidos ⁊ amãtes dictos refert Photion grammaticus.

Euax/interiectio exultãtis. Plau. Euax iurgio vxorem tandem abegi: fuit etiã nomen regis indię qui de virtutibus gẽmarũ ſcripſit ad Neronẽ: quẽ habet tẽpeſtate noſtra Petrus bonus aduocarius ciuis ferrarienſis aſtronomus in omni ſeculo admirandus.

Euboea/nomẽ inſulę ⁊ ciuitatis i ea ſitę. Hinc Euboicum mare qđ duplex eẽ dicit̃. Aliud in egeo: aliud in campano ſeu thuſco. Quod in egeo/euboę adiacet inſulę/a qua denoĩatũ eſt. Quod autẽ in Tuſcho Cumarũ baiorũq; alluit oram ab euboicis aduenis ⁊ cumarum conditoribus nuncupatũ.

Eubulus. pe. cor. nomen hiſtorici/ qui hiſtoriam Syrię multis voluminibus explicuit.

Eucharistia/latine bona gratia. ex ευ ⁊ χαρισ gratia

gratitudo et grãrũactio. Euchariſteo grãs ago. Euchariſticon. liber in quo gratię redduntur.

Euchion: nomen bacchi: deductũ ab ευχη qꝺ votuꝫ ⁊ precē indicat: quaſi dignus ſit voto.

Euchile: res dicunt̃ quę ſunt boni ſucci: vt eſt caſeꝰ mollis: caſeus ꝙo vetꝰ a Cor. celſo numerat̃ inter res cacochilas. i. quę ſunt mali ſucci.

Euclides penultima ꝓducta: nomē geometrę inſignis ab oppido Megaris quod Iſthmo adiacet / ⁊ Plutarcho auctore Socrati cōtemporanei. Sed videāt ne errent: nam Proclus interpres faciens quattuor libros in primũ librum Euclidis / ita ſcribit: ου πολυδε του ιωρρεω γεροσ εσι ευκλει δησ ο τα σοιχεια συναγαγωμ γεγραφειμ αλλα πολλα αλλοσ και.

Eudemonidas: nomen viri proprium: et latine dicitur bene intelligens.

Eudamidas penultima correpta: nomen filij archidami et fratris Algidio.

Eudora penul. ꝓdu. nympha oceani ⁊ Tethyos filia. Et interpretari poteſt bonũ donum.

Eudoxa: bona gloria: Δοξα enim latine gloria dicitur et opinio.

Eudoxus: bene glorioſus: quaſi gloria inſignis: ꝓprium nomen Eſchinis filũ: qui patria Gnidius geometres et aſtrologus: ſummus medicus: Socratis auditor: qui primus annũ compoſuit. Scripſit leges: ⁊ de geometria atꝙ aſtrologia libros edidit. Fuit ⁊ alius Eudoxus rhodius hiſtoricus. Alius ſiculus agatoclis poeta comicus.

Euebo is. extra vebo. Var. libro. j. de re ruſt. Quarto eundem fructuoſiorem faciũt vecturę: ſi vię ſunt qua plauſtra agi facile poſſint: aut flumina propinqua quę nauigari poſſint: quibus vtriſꝙ euehi atꝙ inuehi ad multa prędia ſcimus. Per tranſlationē ſignificat extollo. Unde euectio / extollentia. Augꝰ lib. v. Cōfeſſ. Miſſum eſt a Mulo romã ad prefectũ vrbis: vt illi ciuitati rhetoricę magiſter traderetur / impetita etiã publica euectione.

Eumenes ſeu eumenus: fuit vir Cardianus: qui cura vigilantia patria calliditate ⁊ celebritate ingenij omnes macedones ſuperauit: de quo multa a grecis hiſtoricis traduntur.

Euenire: eſt alicui quippiã per ſortē venire. Et plerũꝙ de magiſtratibꝰ ac ꝓuincijs dicit̃. Sal. in Iug. Metellus ⁊ Sillanꝰ cōſules deſignati ꝓuinciã in ſe partiuerãt: metelloꝙ numidia euenerat.

Euentus generis maſ. et quarti ordinis / tam in plurali ꝗ in ſingulari: dicit̃ quod caſu aut fortuna nobis euenit / tam in bonũ ꝗ in malum. Cicero libro. j. de ora. Ut enĩ quis optime dicit: ita maxime dicēdi difficultatē: varioſꝙ euentus orationis / expectationēꝙ hominũ pertimeſcit. Silr dicit̃ Euentũ neu. ge. quod in plurali euenta facit. Luc. libro. j. Euentũ dici poterit quodcũꝙ erit actum. Cic. in partitionibus. Si cuiuſꝙ facti ⁊ euenti cauſa ponetur. Idē de diui. Si euēta quęrimus quę exquirunt̃ auibus. Et ad Atticum. Semꝑ cauſę euentorũ magis mouēt ꝗ ipſa euenta. Qꝺ eſt cōtra Vallã ⁊ Sipontinũ. Aliqñ etiã euentꝰ finis rei dicit̃. Quid. Careat ſucceſſibꝰ opto Quiſqꝭ ab euētu facta notãda putat.

Euenos penul. ꝓdu. fluuiꝰ a Thracia deſcendens ⁊ calydoniam ſecans: de quo Ouidiꝰ libro. ix. Metamorphoseōn. Nãꝙ noua repetens patrios cũ cōiuge muros Venerat eueni rapidas ioue natꝰ ad vndas. Hũc fluuiũ poetę quãdoqꝫ centaur̃ vocant.

Euerto: extra verto / eruo / demolior. Unde euerſiones dictę ſunt.

Euerro ris. extra ſeu valde verro. Col. libro. viij. Stabula frequenter euerrenda et purganda: humorqꝫ omnis vrinę deuerrendus eſt.

Euerriator dicit̃: qui iure accepta hereditate iuſta facere defuncto debet: quę ſi nō fecerit / ſeu quid in ea returbauerit ſuo capite luat.

Eueſtigio aduerbiũ: dicit̃ vel quod ſtans aliꝗs in eodē veſtigio facit. Unde ſtatim dicit̃. Vel quantũ tempꝰ eſt in vno veſtigio faciendo qꝺ eſt breuiſſimũ. Vl' tractũ eſt ab his ꝗ ſe planta mouentes nihil tardant aliquid perficere: ⁊ illi negocio qꝺ eis imminet nullam aliã rem anteuortunt.

Euganei: Venetiarum populi: ab euganea / hoc eſt nobilitate cognominati: de quibus Stra. Pliniꝰ / Liuius. Euganei: montes ſupra Patauiũ Iſtriã verſus: in quibus abundant pecudes molliſſimas lanas facientes. Lucanꝰ. Euganeo ſi vera fides memorantibus augur: Colle ſedens aponi terris vbi fumiger exit. Atꝙ antenorei diſpergitur vnda timaui. Hinc Euganeus nea. neum. Iuuenalis. Et euganea: quantũuis mollior agna.

Euge: interiectio aſſentientis: quaſi ſponte ſua congratulãtis. Hiero. iterpretat̃ Euge euge: bñ bene: vt eſt illud Pſ. Euge euge viderũt oculi noſtri.

Eugium: caro eminula inter cumni ſymplegadas. Unde ſcindere eugium eſt puellam inſcindere. Neuius. Sine eugio puellam inuenit. Laberius. Quęnam mens quę diritas vos ſuppillatores fecit cũ cano eugio velitari?

Euidens penul. corre. quod aperte videtur et intelligitur: ab Euideo: quod eſt clare et expreſſe video. Euidenter: clare.

Euilla: regio ad orientem vergens: quam circũit de paradiſo Phiſon egrediens: quem noſtri mutato nomine Gangem vocant. In ea aurũ precioſum quod hebraice Zaab / ⁊ gemmę precioſiſſimę: carbũculꝰ ſmaragduſꝙ naſcuntur.

Euiratus: modo cui amputata ſunt virilia dicitur: hoc eſt eunuchatus: modo laſciuus perditus atꝙ effęminatus. Plautꝰ. Adoleſcens euiratus ac mollis. Ambro. Euiratos delicię reddũt. Varro. Euirauit omēs veneri vaga pueros.

Euiſcero as. vide in dictione Viſcus.

Euito tas. penultima producta: vitam eripio / vita ſpolio: ſicut Letare eſt leto mulctare. Eſt tamen vetꝰ verbũ planeꝙ poeticũ. Cice. lib. iij. Tuſc. Hęc omĩa vidi inflãmari: priamo vita euitari. Euitare etiam dici poteſt valde vitare / cauere.

Eulogium dicitur benedictum: ευλογεω: benedico: ευλογια: benedictio. Eulogos: rationabilis. In decretis canonicis Eulogia pro benedictionibus / ſiue muneribus quę minutili ſacerdotes ad ſynodũ conuenientes maioribus ſummatibuſqꝫ ſacerdotibꝰ deportant. Unde. xviij. diſtin. ſcribitur. De eulogijs ad ſacra concilia deferendis nihil inuenimus a maioribus determinatum.

Eumelꝰ: admeti regis Theſſalię ex Alceſta vxore filiꝰ.

Eumenides: furię infernales: latine beniuolę et mites dicuntur per contrarium: quaſi non mites: ευμενη enim beniuolus.

Eumonides: nomen proprium viri thebani: ſicut ſcribit Plutarchus.

Eunuchus penul. prod. caſtratus / ab ευνη quod eſt cubile: et εχω cuſtodio: quia id hominuꝫ genus adhibeatur ſeruandis cubilibus reguꝫ: quaſi euneechus: et per ſynereſim eunuchus.

Eunucho as. caſtro. Varro. Quod facit pro ſua partē is qui ſeu eunuchat.

Eunuchiço ças. eiuſdem ſignificationis. Hieronymꝰ contra Iouinia. Sunt eunuchi qui de vtero matris ita nati ſunt. Et ſunt eunuchi qui ab hominibus eunuchiçati ſunt: et ſunt eunuchi qui ſe caſtrauerunt

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

propter regnum celorum.
Euoco cas.penultꝰ.corre.extra voco. Plautꝰ in Am/
phi.Euocate huc Soſiam. Per tranſlationē eſt qua
ſi extraho. Cicero libro.j.Tuſ. Nam quid aliud agi
mus/cū a voluptate.i.a corpore:cum a re familiari q̄
eſt miniſtra ⁊ famula corporis:cū a rep. cū a negocio
omni euocamus animū.
Euocati dicuntur/nō qui iuſti milites ſunt/ſed qui repē
tina aliqua neceſſitate ex agris in bellū tumultuarie
vocant̄. Hi pro militibus dicebant̄. Saluſtiꝰ. Neu
quis miles/neu pro milite.
Eupalia:nomen vrbis in locride:quam alij Eupalion:
alij Eupolion vocant.
Euphemia:nomen mulieris:⁊ latine dicit̄ laus/fauor.
Euphemus:boni nominis.
Euphonia cum accentu in penul.bona ſonoritas vel vo
calitas.Euphonus:cōcinnus.
Euphranor:nomen ſtatuarij/laudatiſſimi Iſthmij: de
quo Quintꝰ.lib.xij.
Euphrates tis.⁊ euphrate es.pe.produ.fluuiꝰ Meſo/
potamie in paradiſo oriens. Stra. ſcribit Euphratē
ex Niphate monte Armenie magnū/profundū ⁊ ce
lerem naſci:exire autē in mare rubꝝ. Priꝰ tamen Ba
byloniā per mediū diuidere:⁊ Tygri coniunctū me/
ſopotamiā facere. Saluſtiꝰ quoqꝫ certiſſimus auctor
aſſerit tā Tygris q̄ Euphratis i Armenia fontes de
mōſtrari. Ex quo aniaduertimꝰ (inq̄t Hiero.) aliter
de paradiſo et fluminibꝰ intelligendū. Boe. Tygris
et Euphrates vno ſe fonte reſoluūt. Euphrates lati/
ne fecūditas atqꝫ abūdātia fructuū dicit̄. Amb. lib.
de paradiſo. Plerıqꝫ inq̄t euphratē dictū ab ευφρα/
ισθαισ.hoc eſt a letādo:eo ꝙ hoīm genꝰ nullo magꝭ
q̄ iuſticia ⁊ equitate letetur.
Euphroſina e.⁊ euphroſine es.pe.corre.fuit vna ex tri
bus gratijs/⁊ nomē mulieris ꝓpriū/latine leticia di/
cit̄:euphroſia exultatio:euphrenin letari eſt.
Euphorbium et euphorbia herba/ab Euphorbio me/
dico Antonij muſe fratre dicta: vt inquit Pliniꝰ:na
ſcit̄ in Atlante monte. Hiero.cōtra Ioui. Baſilides
magiſter luxurie poſt tot annos ita in Iouinianū q̄ſi
in euphorbiū trāſformatus ē: vt latina quoqꝫ lingua
haberet hereſim ſuam.
Euphorion:nomen poete Chalcidenſis quem tranſtu/
lit Gallus. Habebat hic quoſdā ita deditos ſibi ama
tores/ vt eum preferrent Ennio/et reliquis poetis:
eiuſqꝫ poemata ſtudioſe cantarent:poſthabitis alio/
rum poematibus.
Eupilus:lacus ciſalpine gallie:in quē progredit̄ Lam/
brus in Padum defluens.
Euprepi:latine decor:ex eu ⁊ bonū:⁊ πρεπορ decēs.
Euripides:nomen egregij poete:apud grecos Trage/
die illuſtratoris: quam ſcribere natus annos duo de
viginti adortus eſt: et in ſpelunca quadam tetra et
horrida Salaminis inſule fertur tragedias ſcripti/
taſſe. Hic vi/ſermone/et ſententiarū crebritate ora/
toribus comparādus fertur. Hic a canibus lacera/
tus perijt. Unde interpres Euripidis ita ſcribit: Δι/
αΤριβωρ ουρεκει πειΔη ερΤιρι αλσει φορΤιʒωρ
εΤυ χεκαΤεβρωθη ωσ φασιρ απο Το Του αρ/
χελαιου κυρορ εξορΤοσ εισ θηραρυπαρ Τα
ευβΔομη κορΤα ε εΤη γεγορωσ εΤαφη μερ ερ
μακεΔορια.
Euripi penultima producta:canales ſeu ductus aqua/
rum aliunde deductarum in ſublime ſaliētium ſi pau
lo minutiores ſint:quos intra domos romani ꝑ pra/
tum deducebant. Si autem maiuſculi ſint/nili dicun
tur. Cicero libro.j.de legibus. Ductus aquaꝝ quos
iſti nilos euripoſqꝫ vocant:quis cum viderit nō irri/
ſerit? Euripi quoqꝫ ſunt foſſe in ludis circundate pro
ſeptis:quorum loco temporaria prius cloſtra fuerūt
auctore Pli. Spartianus in Helioga. Euripis vino
plenis nauales circenſes exhibuit. Quidam euripos
interpretātur piſcinas. Euripus etiā dicit̄ fretū:hoc
eſt mare anguſtum:qualis eſt Euripus taurominita
nus in Sicilia/⁊ alter in Euboea.
Europa:tertia pars orbis:ab Europa Agenoris phe/
nicum regis filia/ſic appellata. Dicitur autem Euro/
pa/quicquid terrarum iacet a freto ad Tanaim:⁊ ha
bet quattuor ſinus magnos:quorū primus eſt a Ga/
ditano freto ad Lacinium vſqꝫ promontoriū Italie
in locris. Secundus a lacinio ad ipſa epyri acroce/
raunia. Tertius inde ad Helleſpontum. Quartꝰ ab
Helleſpōto ad Meotis oſtia. Fuit ⁊ Europa nomē
oceani/⁊ Tethyos filie.
Eurotas penul.produc. nomen fluuij in Laconia:qui
teſte Liuio libro.iiij.de bello macedo. vrbem Lace/
demona preterfluit. De hoc Uirgil. Oīa que phe/
bo quondā meditāte beatus Audijt eurotas iuſſitqꝫ
ediſſere lauros.
Eurus:ventus ab oriente flans:et calidus eſt. Col.li/
bro.vj. Cū plerūqꝫ ſideris canicule tempore quedā
partes eius regionis ſic infeſtant̄ euro: quem incole
vulturnū appellāt:vt niſi teguminibus vites opacē/
tur:velut halitu flāmeo fructus vrantur. Greci appel
lant Apelioten/ꝙ a ſole ſpiret:vñ ⁊ a latinis eadē ra
tione Subſolanus vocatur.
Euriale:fuit regis Minois filia:que Neptuno orionē
peperit. Alia fuit Proieti Argiuoꝝ regis filia. Alia
ex tribus Gorgonibus vna.
Eurialus:nomen vnius ex principibꝰ peloponeſiacis:
qui argos ⁊ propinquas vrbes incolebāt:⁊ ad Troi
am cū octoginta nauibꝰ venerūt. Aliū troianū finxit
Uirgꝰ. Fuit ⁊ nomē hiſtrionis. Iuue. Nobilis eury
alū aut mirmillonē exprimat infans.
Euribates:nomē viri ithaci. Ouid. Simul eurybates
me thaltibiuſqꝫ vocarunt.
Eutribiades teſte herodoto fuit ex ducibus xerxis.
Euribia:nympha que ſtellas ⁊ luciferꝝ genuit.
Eurycion nomē fabri argentarij:de quo Uirgꝰ.lib.x.
Que bonus eurycion multo celauerat auro.
Eurycratidas:vir lacedemoniꝰ: de quo Plutarchus.
Eurydamas penul.correp.vir troianus:latine dicit̄ la
te domans. Ouidius. Atqꝫ vel eurydamas ter cir/
cum buſta thraſylli:Eſt lariſſeis tractus ab hoſte rō/
tis. Ubi per eurydamanta intelligunt Hectorē qui
virtute cuncta domitabat.
Eurydame teſte Herodoto:fuit vxor Leutichidis ſpar
tanorum regis.
Eurydice:vxor orphei ꝓ q̄ recuperāda ferūt Orpheū
ad inferos deſcēdiſſe. Alia fuit Neſtoris coniūx.
Euriłochꝰ fuit phlegioꝝ rex: qui Thebas deſtruxit an/
teqꝫ veniret Cadmus:q̄ eas poſtea reedificauit.
Eurymedō:nomē patris periboie:ex q̄ neptunꝰ genuit
nauſitheū regē pheacū/Alter fuit athenienſiū dux cū
Eurymone nympha oceani et tethyos (demoſthene.
filia mr̄ leucothoes. Alia fuit apollinis filia q̄ adraſtū
argiuoꝝ regē ⁊ eriphylē amphiarai cōiugē pepit.
Eurypхilꝰ pe.cor. fuit Herculis filiꝰ q̄ regnauit i Coo
inſula:et cunctoꝝ grecoꝝ augur peritiſſimꝰ eſt habi/
tus. Uirgꝰ. Suſpēſi eurypхilū ſcitatū oracula phe/
bi Mittimus. Fuere ⁊ alij hoc nomine.
Euryſtheus fuit Steneli Mycenaꝝ regis filiꝰ q̄ Iuno
nis inſtinctu imperabat Herculi: vt varia mōſtra ſu/
peraret quibꝰ poſſet perire.
Euritħꝰ pe.cor.oethalie rex/⁊ pater Ioles. Hinc eury
this idis.patronymicū femininū. Oui. Eurythidos
ioles/⁊ inſani alcide. Alter fuit cētaurus.
Euſtratius:nomen phi qui in ethicā Ariſtotelis ſcpſit:
ab σραΤοσ exercitus nomen deductum.
Euſtathius:nomen fuit grāmatici greci.

Euterpe fuit vna ex muſis εὖ bene τέρπω delecto qua/
ſi ſit bona delectatio.

Eutrapelos pe.cor.quidam aiunt ſignificare tricubi/
tos. Mar. Eutrapelus tonſor dum circuit ora luper
ci. Uide Pli.lib.vij.circa principiū. Alij putāt hoc
nomen ſignificare apud grecos eum qui facilitate q̄/
dam morum preditus eſt:hoc eſt comis lepidus ele/
gans ⁊ facetus. Eutrapelia comitas.

Eutyces pe.cor.nomen fuit hereſiarche.

Eutymedon pe.cor.nomē cuiuſdā philoſophi.

Euthymia/animi trāquillitas. Laertius in vita Demo
criti. Finem eſſe rectū quietūq; animi ſtatū quem eu/
thymiā dicit dum nullo metu/nulla ſupſtitione /aut
alia quauis perturbatione agitatur.

Euxinus pe.pro.mare illud eſt quod incipit a boſpho/
ro thracio:componit̄ ex εὐ quod bonū apud nos in/
dicat ⁊. ξεινος hoſpiciū vel amicꝰ quaſi bonū ſit ho
ſpitiū:quod per cōtrariū dictū eſt. Nam ibi ſunt lo/
ca aſperrima. Oui.lib.iij.de triſti. Euxinus falſo no
mine dictus habet. Sed teſte Pli.li.vj. Pontꝰ eu/
xinus antea ab inhoſpitali feritate axenus appellatꝰ
eſt peculiari inuidia nature ſine vllo fine indulgētis
auiditati maris. Poſt cōmerciū illarū gentiū molli/
tis aliquantū moribus dictū eſt Euxinus.

Euzomum bonum ius. εὐ enim bonum ζωμὸς iūs
quod comeditur.

Euzonos/ſtrennuus. ζωνη cingulum. Nam qui mili
tant cinctos dicimus:diſcinctos inſtabiles.

E Ante X

Exactum/preteritū tranſcurſum. Uirgi.lib.iij.Ge. At
tribus exactis vbi quarta acceſſerit eſtas. Exacti mē/
ſes dicuntur qui circa partum ſunt. Idē. Exactis gra
uide cum menſibus errant. Item exactum diligens.
Uale.maxi. Quia nūq; remotos ab exactiſſimo cul
tu cerimoniarū oculos. Itē exhauſtū ſuperatū. Sene:
Ut tot ꝓcellis tēpeſtatibuſq; exactis aliqñ in portū
veniamus. In hunc ſenſum veteres exanclatū accipi
unt. Habet ⁊ alia ſignificata:de qbꝰ in dictiōe/exigo.

Exactor ⁊ exactio.vide in dictione exigo is.

Exaduerſo appellare. Uide in dictione appellare.

Exaggeratio/magna coaceruatio:poniturq; pro alti/
tudine ⁊ excellentia. Tranſlatio ſumpta a terra que
exaggerata ⁊ in aggerē erecta ſuſtollit̄ in faſtigiū. Ci
ce.lib.ij.tuſ. Hoc tibi propone amplitudinē animi ⁊
quaſi quandā exaggerationē q̄altiſſimā animi q̄ ma
xime eminet in contēnendis ⁊ deſpiciendis doloribꝰ
vnam eſſe omniū rem pulcherrimā. Oratores exag/
gerationē facere dicuntur:qñ pluribus verbis vnā ⁊
eādemq; rem vehemēter dicūt:que res maxime ve/
nuſtat orationē. Apud Catonē luculēta illa exagge/
ratio eſt. Succidias humanas facis/decē funera fa/
cis/decē capita libera interficis/decem hoībus vitā
eripis/indicta cauſa/iniudicatis indēnatis.

Exagoge penul.correpta latine eductio dicitur. ἀπὸ
τοῦ ἐξ καὶ ἄγω μέλλω ῥάξω.

Exagito as.ſignificat vehementer vexo. Lactan.li.vj.
Poete tres furias eſſe dixerunt/que mētes hominū
exagitent. Item ſignificat exaſpero ad iram prouo/
co. Sal. Tamen q2 in tali tēpore tanta vis hoīs ma/
gis lenienda q̄ exagitanda videbatur.

Exalburno as.vide in dictione Alburnū.

Exalto/in altū eleuo. Col. Senū pedū latitudinis ſul/
cos dirigunt/fodiuntq; ⁊ exaltant in tres pedes;per
tranſlationem ſignificat magnifice laudo.

Exaluminati/dicuntur vniones qui colore preſtant.

Examen/noua apum ſoboles quā parentes ex ſuis al/
uearibus ad nouas ſedes querendas exire cogunt ꝙ
he ita vniantur/ vt ſimul ligate videantur. Nec ſo/
lum de apibus/ſed etiā de veſpis ⁊ hmōi intelligitur.
Rurſus examen/ſtilus eſt in lance ſiue ſtatera q̄ quo
pondus ſe vergit/exit. Uirgi.lib.x. Juppiter ipſe du
as eq̄to examine lances. Hec bilancis ſeu ſtatere lin/
gua/ab alijs equamētū/ab alijs libramentū/ ab alijs
equilibriū ⁊ trutina dicitur. Unde metaphorice po/
nitur pro equamēto ⁊ iudicij inueſtigatione. Perſi.
Examenq; improbū in illa Caſtigas trutina.

Examino as.penulti.corre.ſcrutor et inueſtigo equādi
cauſa.

Examuſſim. Uide in diclione Amuſſis.

Exanimus a um.⁊ exanimis ⁊ hoc exanime. ⁊ exanima
tus a.um.ambo duplicem eandemq; ſignificationē
habent. Licet Ser. velit hec inter ſe differre. Exani
mus ſiue exanimis idem eſt quod mortuus: vt apud
Liuiū lib.viij. Ut vno ictu exanimē equo precipita/
ret. Uirgil. Exanimūq; auro corpus vendebat achil
les. Interdum idem eſt quod exterritus. Idem libro
iiij. Audijt exanimis trepidoq; exterrita curſu. Un/
guibꝰ ora ſoror fedans ⁊ pectora pugnis Per medi
os ruit. Sic exanimatus non ſolū pro exterrito/ſiue
perturbato:vt Teren.in an. Ibi tū exanimatus pan
philus bene diſſimilatū amorē ⁊ celatū indicat:ſed
etiam pro mortuo accipitur:vt apud Liuiū lib.xxij.
Unam in ipſo portu ſoſpite filio repente oblato i cō/
ſpectu eius expiraſſe ferunt. Alterā cui mors filij fal
ſo nunciata meſtam ſedentē ad primū conſpectū re/
deuntis filij gaudio nimio exanimatā.

Exanimalis ⁊ hoc exanimale :qđ non eſt animal: vł qđ
eſt ſine anima. Plau.in bac. Naz neq; bellona mihi
vnq̄ neq; mors creduat ni illum exanimalē faxo:ni
ue exheredem fecero vite mee.

Exanimo facio:ſignificat facio:quod i animo volo: vt
ſit quaſi ex ſententia animi. Exanimi enim ſententia/
locutio eſt quotidiana qua vtimur:quādo ſignifica/
mus aliquid factū eſſe prout optamus ⁊ volumus.
Unde dicimus: Habes vxorē ex animi ſententia.

Exanimo eſt/vt natura fert:hoc eſt vt refert naturalis
ingenita actio.

Exanimo as.capit̄ ſicut animo:de quo ſupra /niſi ꝙ ex
prepoſitio ſignificat extra:ſiue cum animā quis emi
ſerit:ſiue cum pene animū pauore amiſerit. Quādo
ab animo fit/ſignificat perterreo perturbo. Plau.in
aul. Nimis male timui:priuſq; intus redij exanima/
tus fui. Terē.in an. Oratio hec me miſerā exanima/
uit. Quādo v̄o ab anima eſt/ſignificat anima priuo/
ſiue neco. Curtius: Multos exanimauit rigor inſo/
litus niuis/multorū aduſſit pedes:plurimorūq; ocu
lis/p̄cipue perniciabilis fuit. Gel. Anus repente fi/
lio viſo copia atq; turba:⁊ quaſi ruina incidenti ino/
pinati gaudij oppreſſa exanimataq; eſt.

Exanio as. Col.lib.vlitimo. Ut omnē amaritudinē eiꝰ
⁊ pallorē exaniet. Et alibi: Patimur autē non nunq̄
tota nocte ⁊ poſtero die baccā velut exaniari.

Exanclo as.ab ex ⁊ anclo. Priſciano dicente: Anclo ꝓ
anclor/ſignificat effundo/exhaurio/ſupero. Plautꝰ
in Sti. Ne iſte edepol vinū poculo exanclauit. Cice.
libro.j.tuſ. Quod cum exanclauiſſet oēs labores tū
incideret in mortis malū ſempiternū. Aliquādo ex/
anclare eſt perpeti. Lucil.lib.xxx. Quantaſcūq; mo/
do erumnas/quātoſq; labores exanclaris. Aliquan
do perficere: Pac. Non poteſt menalippe hic ſine
tua opera exanclari clauus.

Exanthemata/appellātur a Plinio eruptiones pitui
te:aliquando papule.

Exarmo as.manſuefacio. Unde exarmate beſtie ꝓ ci/
curibus ⁊ manſuefactis. Lampri.in Helio. Habuit
leones ⁊ leopardos exarmatos in delicijs quos edo
ctos per manſuetarios ſubito ad ſecundā menſam ⁊
tertiā menſam iubebat accūbere ignorātibus cūctis
ꝙ exarmati eſſent ad pauorē ⁊ ridiculū excitādū.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN